

diebus dominicis observandum, nempe ut tunicati brachiis exertis et non palcati cappis philosophice ornati lectorium ingrediantur et recta se ad baccalaureorum scamna recipiant et non in media auditorum corona delitescant atque tandem quasi ex mediis insidiis in scamna prosiliant, sub poena quinque grossorum tocies, quociens quis deliquerit, persolvendorum. Placuit preterea facultatis concilio, ut id quisque decanus in sui officii principio per publicam intymacionem diebus Sabatinis et dominicis tam magistris quam baccalaureis insinuet. Laus deo. Amen. *

1539 Sommersemester. 260. Decan Johannes Girswolt von Hameln.

N 88.
C 187. Anno¹⁾ a Christo, humani generis redemptore, nato millesimo quingentesimo trigesimo nono die Saturni ante dominicam Misericordia domini, quae erat dies Apr. 19. mensis Aprilis undevicesima, ego Ioannes Girswolt Hamelensis, ingenuarum artium ac philosophiae magister, concordii electorum suffragio facultatis artium decanus electus sum, quo in magistratu subscriptis, ut vocant, officialibus usus sum:

Executores fuerunt:

mgr. { Nicolaus Sabelius Bavarus²⁾
Iacobus Löhthegen³⁾ Lobensis Polonus²⁾
Ambrosius Lobwaser Misnensis²⁾
Ioannes⁴⁾ Girswoldt decanus.

Clavigeri fuerunt:

mgr. { Christianus Pistoris rector Saxo
Nicolaus Sabelius Bavarus
Ioannes Girswoldt decanus Saxo.

Examen baccalaureandorum Pentecostes. Quo⁵⁾ tempore sors sequentes Mai 25. dominos magistros examinatores dedit, qui de novem baccalaureandorum ingeniis et eruditione censerent:

N 89.
mgr. { Henninghus Pyrgallus Saxo
Christophorus Mantag Polonus
Udalricus Steudlerus Bavarus
Ambrosius Lobwaser Misnensis
Ioannes Girswoldt decanus,

C 188. a quibus examinati sunt et admissi:

Ioannes Leander Georgius Rottingius Wolfgangus Neydecker	}	sub magistro	{	Donato Telonio Udalrico Steudlero
--	---	-----------------	---	--------------------------------------

¹⁾ Ioannes Girswoldt Hamelensis, artium liberalium ac philosophiae magister, XIII. Calen[das] Maii [Apr. 19] decanus facultatis artium est electus semestri aestivo anno post humani generis redemptionem MDXXXIX. ²⁾ Fehlt in N. ³⁾ Fehlt in C. ⁴⁾ Die Angabe des Decans fehlt in N. ⁵⁾ Dieser Satz fehlt in C.